



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Septem Illustrium Virorum Poemata**

**Amstelodami, 1672**

Alexandro Pollino, Donum natalitium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11215**

ALEXANDRO POLLINO,

*Donum natalitium.*

**M**entoreos alii donent, POLLINE, labores :  
Natali nostro pyxida munus habe.  
Forma pyrum simulat : circum violæque colores,  
Albaque purpureis mista ligustra rosis.  
Aspicis & variis ut aranea floribus audax  
Incubat, & fatuus papilionis amor.  
Nec tamen inclusam potis est libare medullam,  
Et qui sub fulvo spirat odor calyce.  
Namque ibi odorifero sudantia balsama ligno,  
Dulces Auroræ divitis exuvias,  
Et Cilicum messes, & quæ Titanus ales  
Cinnama, & extremis munera legit Arabs;  
Et nardi felicitas opes, & pinguis amomi,  
Composuit miro Pœonis ars studio.  
Sic operi contendit odor : cui præstat utrique  
Dantis amor, meritis dona minora tuis.

D E C O R V O

*Bartoldi Nihusii discipulo mortuo.*

**O**ccidit heu Corvus Batavis celeberrimus oris,  
Bartoldi longo tempore discipulus.  
Nec domino veniente, *καὶς νόβην & κακὸν δὸν,*  
Incepit Graio garrulus eloquio.  
Vox filet, ac lepidæ cessant convivia linguæ,  
Nulla quibus sese composuisset avis.

Non